

liat non solū, sed etiam conterat sui car-
minis melodia, & non sicut de Mercurio
fabulatur, sed reuera artificiosa mu-
sica suę Citharę, animos ad inferos de-
trudat.

Sic in prophetiis psalmis hic noster
Sophocles, & Seneca Tragoediam mor-
tis Christi copiosius & clarius ipsis qui
spectatores erāt apostolis descripsit, &
Christum extra hominū conspectū pro-
sequit̃ & ad inferos vsq; deducit. Et rur-
sus, hic noster Simonides Amphion, &
Orpheus, Christum sua Citbara, & de
cachordo psalterio, a morte excitat, &
cum ingenti triumpho supra astra cum
mille myriadibus canētium comitatur,
nec deserit, donec ad dextram patris in
summa maiestate confederit.

Rursus in psalmis gratiarū actionis
absoluta, quædam imago viuificatiōis,
depicta est, videasq; Dauidem despera-

D iij tos